



sensus est chanaan. quod est precipitium uel suspensio: piousissima nam que huius er-  
 roris ostenduntur. in precipitium & profundum inferni. hos ergo gentilitatis  
 sensus tanquam filius enac uetusti erroris absedit lex quae sciam secundum litteram  
 domini uerum & creatorem omnium praedicat. sed nunc chaleb ad istam ciuitatem  
 litterarum dixit. Quicumque exciderit ciuitatem litterarum & obtinuerit eam.  
 Dabo ei ascham filiam meam uxorem. & cepit eam gothoniel filius ciner. gothoniel  
 autem. interpretatur responsio dei. Responsio dei dici potest. si cui respondit dominus.  
 hoc est cui reuelat secreta & pandit archana. Iste ergo est qui potest accipere  
 ciuitatem litterarum ueteris instrumenti & excidere litteram occidentem.  
 frater chaleb iunior. ego autem sum frater chaleb de ecclesia iunior. quae ex cae-  
 ac diruta sensum in ea spiritalem requiro. Excido autem litteram. cum iam non  
 secundum litteram azimam manduco. neque pascha cum iudeis obseruo. neque  
 sabbatum secundum litteram curro. promissum namque mihi est. quod excidero  
 ciuitatem litterarum. accepturus sum filiam fratris mei maioris. Et annam  
 que prius filius ciner. qui interpretatur spractio. Quis enim ita erat spractio  
 sicut nos gentes alienati. a conuersatione israhel spem non habentes. & sine deo  
 in hoc mundo eramus. Nam prior ille frater meus cuius nunc filiam accipio.  
 pro eo quod excidi ciuitatem litterarum. ille filius iephone fuit qui inter-  
 pretatur conuersio. dat mihi ergo filiam suam scientiam siue intellectum  
 mihi iuniori fratri dat lex secundum quod scriptum est. auferetur a uobis  
 regnum dei. & dabitur genti facienti fructum eius. sciendum tamen est  
 aliud esse legem cui nunc personam dedimus chaleb. aliud litteram ueteris  
 testamenti quam ciuitatem figuratiter diximus litterarum. accepta ergo  
 filia eius. ego frater eius iunior. abduco eam de domo patris sui. Quaecum-  
 uenit mecum sedens super asinum. illum sine dubio quem soluerunt discipuli  
 saluatoris. dicit ad patrem suum. Da mihi benedictionem pater. & accepit  
 genechlam inferiorem. & genechlam superiorem. Quod eundem uisum  
 apostolus dicit. pollicitationem habens uitae quae nunc est & futurae.  
 & saluator promittit. ut qui uerbis in perfectionem sequitur.